

Michael Watson Bernhard Derschau von

**Dissertatio Academica, Ex Prima & Secunda Politicae Parte : De Laude quam
Honestus sibi ipsi merito tribuit ; [De] Iusta praemiorum distributione, &
poenarum irrogatione ; [De] Rerumpubl. constitutionibus imprimis de Tyrannide ;
[De] Optima ex voto prudentum Politia**

Rostochi[i]: Richelius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73013752X>

Druck Freier  Zugang



R 6 phil 1654
Michael Watson
Bernhard Dworkow



75
DISSERTATIO
ACADEMICA,

Ex Prima & Secunda Politicæ Parte.

*(Laude quam Honestus sibi ipsi merito eribuit,
De } Justâ præmiorum distributione, & pœnarum irrogatione,
} Rerumpubl. constitutionibus imprimis de Tyrannide,
{ Optima ex voto prudentium Politia,*

Qvam

Fortunante Domino

Suffragio Ampliss. Facultatis Philosoph.

In Celeberrima Rostochio

PRÆSIDE

M. MICHAELE WATSONIO

Amicæ Sympalestritarum collationi solenniter exponit

d. XII. Augusti Horis matut.

in Acroaterio Magno

BERNHARDUS DERSCHOW

Nobilis Borussiae.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senatûs Typogr.

ANNO M. DC. LIV.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF
ROSTOCK
MEDICAL
DEPARTMENT
No. 1234
BY
DR. MICHAEL WATSON
1850

A. M. D. G.
Ex Prima Politicæ Parte.

Thesis I.

Honestus, sine philavtiæ & arrogantia vitio, quo vitiosum pudorem ac malevolorum calumnias declinet, & Virtutis præmium, pro meritum honorem, ab invidis denegatum, impetret; seipsum debita Laude ornare potest,

Hisimamus positionem hanc non tantum aliquot nobilium Philosophorum suffragio & sufficienti probatione esse Thesim verè probabilem, sed sua indole Practicam ac Politicam. Thesis probabilis nomine digna est, cum exponat sententiam Aristotelis, Platonis, Plutarchi, aliorumq; sapientum præstantiss. & qui a vulgari opinioni contrariatur, Dialectica & scientifica oratione confirmari debet l. 1. Top. c. 1. §. 7. & cap. 11. §. 5. & 6. §. Ea sine verò ad disputandum producta, ut operatio ac praxis quadam Politico homine digna, post cognitionem exerceretur. Est enim scientiarum practicarum, præter contemplationem, finis alius, qui in usu ac exercitio consistit l. 1. Eud. c. 1. l. 2. Eth. c. 2. & 3. Hæc assertio, ex doctrina de Moribus, quam justum est appellare Politicam, l. 1. M. M. c. 1. lib. 1. Rhet. c. 2. l. 1. Eth. c. ult. desumpta, informat hominem; ut cognita honesti actione, quam laudabili more, in sui laudem impendit, per continuas Virtuosas actiones, quibus ostendit, quod se ipsum, & optimam sui partem, honestatis causa maximè amet, vide §. 16. & 17. infra. ac benè operando perficiat; felicitatem Politicam, S. B. H. ac Civile obtineat. Ita facili obsequio ac licita voluntate, rectam prudentum deliberationem, aut præcepta eorum qui Scientiam de prudentia Civili iradunt, assidua cura exprimit. l. 2. Eth. c. 3. l. 10. c. ult. §. Enimverò aberrat longius à veritatis ac prudentia Civili tramite, qui hanc doctrinam cancellis Scientia Practica ac Politica excludit, eo quod paradoxon involvat, asse-

1.
Quod
Thesis
hæc sic
probabili-
lis.

2.
Practica
& Politi-
ca.

Ad finem
Politicæ
utilis.

3.
Licet E-
thica vul-
gò dica-

tur hæc vere Scientiam Practicam, aut Ethicam - Politicam. Nihil officit doctrina, apparens ista contradictio. Quod enim ratione finis & objecti æquè est tamen, detur Practica & Effectiva, quam Contemplativa Scientia, sufficenter probant, qui ingenuè philosophantur l. 6. Met. c. 1. & 2. l. 1. r. c. 6. Ad sunt in omnibus, legitima scientiarum requisita, sc. practica objectum necessaria ac aeternæ Veritatis, per propria principia explicatur, adhibitis definitionibus, axiomatibus, hypotesibus demonstrantur affectiones, operationes, partes & species de objecto adequatio, quoties commoditas postulat.

4. In statu indifferenti & solitario, nemo honestam & laudem dignam vitam agere potest. *§.* Hanc doctrinam Ethicam verè Politicam esse animadvertit, qui præconcepta opinione seposita, considerat, illam ad finem & objectum Politicæ spectare, nec ullo modo, ab homine, extra Civilem Societatem, in statu fœditio & indifferenti, vel in solitario exerceri posse lib. 8. Eth. c. 1. Qui enim vitam verè humanam, quæ Civilis ac politica est, fugit, is neq; honestatis & veræ laudis amore ducitur, quia Virtutum moralium possessionem ac praxin non obtinet. Nam Virtutis actiones sunt causa efficientes S. B. H. ac Civilis, quod etiam in perfecta operatione virtuosa consistit, ideoq; honestè & laudabiliter vivere non licet in statu indifferenti, in quo aliquis neque munus Parentis neque filij, neque Mariti neque Uxoris, neque Domini neque Servi, neque imperantis neque obtemperantis sustinet. In Utopia talem inquiras hominem. Neque solitarius status ullam honesti nominis & veri encomij ansam præbet. Sibi ipsi extra civilem societatem constitutus, nemo justus, temperans, fortis, liberalis, honoratus videtur, nisi idem sit malitiosè philavtos, stultus, arrogans, qui sibi honores, nullo Virtutis exercitio promeritos, cum neque malevolos neque invidos, nisi proprios affectus numerare possit, impudentissimè tribuit. Proinde constat hanc thesin verè Practicam & Politicam, quam Vir bonus ac honestus Civis exercet. Pertinet hoc Boni Viri ac Honesti Civis factum, quando seipsum prudenter & debitè commendat ad varias virtutes: Modestiam, Magnanimitatis, Mansuetud., Virtutum homilcticarum, Candoris, Urbanitatis signum est, & ad Amicitiam spectat; de quo Philosophus l. 4. Eth. c. 9. 10. 11. 13. 14. & l. 9. c. 8. differit, cognationem etiam cum Justitiâ universali & distributiva obtinet. l. 5. Eth. c. 5.

5. Ex laude & virtute. *§.* Ex affectuum dispositione oritur, & eorundem operatio esse.

esse videtur: Uti enim alios ob virtutes & vitia existimando laudare vel contemnere possumus, sic & nosmet ipsos; hinc existimatio, contemptus, & consequenter habitus perfecti, ut modestia, magnanimitatis, superbia, humilitatis; aut minus perfecti, ut iactantia, dissimulationis, dexteritatis, philantia bonae & mala originem trahunt. Ac discrimen, quod est inter hos contrarios affectus & habitus, provenit ex circumstantiis, maximè respectu personarum ac aetatis. Unde proprium ac primum subiectum hujus operationis, uti virtutum moralium omnium, est Appetitus sensitivus humanus, in quo sunt affectus l. 1. Eth. c. 13. l. 2. Eud. c. 1. Plutarch. de Vir. moral. p. 444. §. Idem Plut. l. de laude sui. Tria ponit terculamenta, ne quis ad proprias laudes ruat, quia 1. impudentia, 2. injustitia, 3. invidia ac molestiae crimina incurrunt qui seipsos laudant. Nichilominus planè indecorum non est, ut sicut de aliis vera & laude digna pronunciamus, si & de seipso vir honestus, quando occasio & res postulat, talia proferat. Adeoq; non eodem animo laudes & vituperationes propriae suscipiuntur; quidam meritò audiunt: Non Te collaudes & c. Cum vel sit superbia & tale vitium irrationale, quò quis imaginando sibi, gloriam esse meram usurpationem, credit, tum se plus gloriæ habere, quando plus sibi ejus arrogat; vel vitiosa abjectio ac humilitas, quando statuit, se omni carere bono, quod alios fortunatos & laudabiles reddit. In aliis verò est Generositas quedam, qua efficit, ut homo seipsum aestimet, quantum potest legitime, maximè quia in se sentit constans propositum, benè utendi illà facultate, quâ suscipit & exequitur omnia, qua prudentiâ ac intellectu meliora judicat, hoc enim est perfectè virtutem sequi. l. 3. Eud. c. 5. §. Atque sic Generosiores solent quoque humiliores esse, & hac honesta humilitas facit, ne quis se alteri facile praeferat, sed statuit, reliquos quoque posse facultate benè operandi uti; & si fortè aliorum errores animadvertit, pronior est ad excusandum quàm carpendum. l. 1. M. M. c. 26. Talis, virtutibus aliis in conversatione necessariis probe instructus, nihil majus reputat, quàm benefacere, ideoq; officiosus erga unumquemq;, & affectibus suis (quorum sex sunt primavi in homine, nimirum admiratio, amor, odium, cupiditas, latitudo, moror) dominatur. l. 4. Eth. c. 7. & 8. conf. Cartes.

6.

Laudare se aliquando est superbi, aliquando generosi.

7.

Laus propria humilitati verè non contrariatur.

8.
Virtutes
& virtuo-
si laudari
debent.
Differen-
ter Laud.
Encom.
& glori-
ficat.

9.
Propri-
am lau-
dem mo-
destia re-
quirit, ne
adfit ho-
nor. con-
temptus.

10.
Magnani-
mus, ne
segnis
stultus &
injustus
videatur

1. de pass. animæ part. 3. art. 151. seq. & part. 2da art. 68. & 69.
l. 2. Rhet. c. 2. & 4. §. Uti verò virtutis laus omnis in actione con-
sistit, ita quæque virtuosæ actioni meritò laus & encomium tribuitur,
l. 2. Eth. c. 5. Virtutes sunt laudabiles habitus, quemvis virtuosum
propter facta & actiones laudamus; Eum verò qui per virtutum ope-
rationes felicitatem sibi acquisivit honorabiliorem estimamus, atq; ita
virtutis est laus, (ἐπαιν) encomium (ἐγκώμιον) factorum,
beatitudo verò tanquam principium, ad res honorabiles refertur.
Encomium est oratio, facta cujusq; singularia exponens. Laus
universalia celebrat. Εὐδαιμονισμὸς est predicatio finis. l. 1. Eth.
c. 12. l. 2. c. 4. l. 2. Eud. c. 1. l. 1. M. M. c. 2. l. 1. Rhet. c. 9. Recta
verò laudandi ratio (ut Plato in Conv. p. 1188.) sola in omnibus illa
est, quæ illius, de quo agitur natura, prius ostenditur, postea quorum
causa est, declaratur. §. Si E. contingat virtuosum degere in-
ter invidios, ac iniquos bonarum actionum censores, modestia, justi-
cie, veritatis limites non transgreditur, si datâ occasione, urgente
quadam necessitate, in suarum laudum veram deveniat enumerationem,
& neque nimium nec parum honoris expetat, sed intra modum,
& ut oportet; Modestia id suadet, versatur enim hæc virtus, que
commodiori vocabulo appellanda, circa mediocres honores, quos ho-
nestus ex deliberato consilio, justo modo & tempore appetit, sine am-
bitionis notâ, ob præstita beneficia ac honestarum actionum studium;
qui enim beneficia accepit, honorem reddat; & Magistratus enco-
mia, tanquam debita premia virtuosis conferre debebat. l. 8. Eth. c.
ult. & l. 5. c. 7. Si verò istiusmodi redbostimenta desint, ne virtu-
tes nobili careant ornamento, modestus sibi aliquam honoris speciem
tribuat, & merita sua publicâ voce recitet, l. 1. Rhet. c. 5. ne sprevisse
videatur honores, quod est vitium contra modestiam, cui, quia no-
men deest nativum, palmam dubiam reddere conantur extrema l. 2.
Eth. c. 7. & l. 4. c. 10. §. Exigit idem Magnanimitas, que
circa magnos honores occupata, & Generositate verè conformis;
Potest enim nomen commune esse virtuti & affectui ad mediocritatem
aliquo modo redactò, præsertim cum idem serè sit utriusque fun-
damentum, nempe propria & justa sui existimatio; quam Cartes. l.
c. part. 3. art. 161, vocat Clavem omnium aliarum virtutum, & reme-
dium

dium generale contra affectuum vitia. Et Philosophus, magnanimitatem ornatum virtutum appellat, cum illas ampliores faciat, ac sine his constare ullo modo nequeant, nec haec sine illa, si pro generositate tali sumatur l. 4. Ethic. c. 7. & 8. circa fin. Cum verò eveniat, ut debiti honores non conferantur bene meritis; haut opus erit, inquit Philosophus l. c. verbis aut personatione ad docendum, viros magnanimos in honore versari; honore enim maximè Generosi Viri se dignos existimant; & sibi pro meritis vel statuas aut alia honoris signa ponunt. Aliquando quidem bene de Republ. meritis negatus honos augmentat gloriam, cum actionum spectator arbiterq; sit populus; ut de Blaso, Cassio & Bruto, Tacitus refert l. 3. Ann. c. 76. & l. 4. c. 26. præfulgebant eo ipso, quod effigies eorum non visebantur; & l. 6. annal. c. 27. de Ælio Lamia pronunciat; quod non permissa provincia, quam administrare debebat, ei dignationem addiderit. Neque ideo inlustrior, & huic negatus honor intendit gloriam. Ne tamen inter segnes & pigros delitescere videatur Magnanimus, hoc vitium in defectu sibi oppositum evitat. Debita E. laude se ipsum non afficere, aut indignum aestimare, magna stultitia & iniustitia est, qua hominem deteriorem reddit, ac quodvis aliud vitium. Pessimi enim sunt, qui ab honestis actionibus & studiis, itemq; à bonis externis longè se separant; Virtutes odisse videntur, qui laudem bonamq; famam non aestimant. Subit apud quosdam talis inertia dulcedo, & invisa primo desidia, postremo amatur. l. 4. Ethic. c. 9.

§. Mansuetudo etiam aliquando honestum ad proprias laudes excitat; hæc virtus moderatur iram, quamvis nomen sat commodum non obtineat. Ira verò oritur ob despectum, quo debita laus alicui denegatur: (1.) per contemptum qui verbis vel gestibus fit; (2.) per incommodationem, quando honesti conatus & studia egregio publico destinata, aliorum invidia, occulto odio & malevolentia impediuntur: (3.) per contumeliam & calumniosam garrulitatem; quando conquistis nugamentis alicui non male merito, molestia & noxa conciliatur. Nempe ut habet Tacitus in vita Julii Agricolaë p. 204. Natura infirmitatis humana, tardiora sunt remedia quam mala. Et ut corpora lente auferunt cito extinguuntur: sic ingenia studiisq; oppresseris facilius, quam revocaveris. Si verò quis omnes

propriam
 laudem
 sibi tri-
 buit.

Bene me-
 ritis ne-
 gatus ho-
 nor glo-
 riam aug-
 mentat.

II.
 Mansueti
 officium
 est non
 omnes
 injurias
 sufferre,
 sed se ac
 famam
 encomi-
 astica tu-
 eri orati-
 one.

ce
 ce
 ce

omnes ejusmodi despectus, aequamente à quovis illatos sufferat, stultus est, ac ferè mancipium. Continuo enim prater meritum percepti ac negligere, in se & suos exoneratas injurias mancipiorum est. l. 4. Ethic. c. ii. Adversus tales insultus propria Apologia, suorum factorum declaratione, ac encomio opus esse, si aequi Indices desint, quilibet animadvertit. §. Justitiæ hoc opus est consentaneum; Universalis requirit, ut justa & legitima ratio habeatur totius civitatis & singulorum civium, ne igitur aliquis, minus etiam sibi ipsi tribuat quam oportet, justitia prospicit. Non enim tantum injustus est, qui plus bonorum sibi deposcit ac vendicat; sed etiam qui minus; est autem sermo de bonis externis, ad quæ honor quoque spectat encomium & laus. l. 5. Ethic. c. 2. Particularis Distributiva primario honores respicit, qui igitur cum publica & promerita laude careat, silet, nec Reipubl. quales fuerint aut sint ejus actiones decenter indicat, is erga se ipsum injustus, civitatem quoque ludit; & suo exemplo justitiæ distributive operationes impedit. Et boni viri, dum virtutes laude privat, & boni Civis, quando non agit, quæ ad civitatis finem & conservationem spectant, nomen amittit. Quamvis enim Virtus boni Civis & boni Viri eadem non sit, à virtute tamen est, quo uterque munere suo probè utatur. Ille verò qui quando non oportet, Virtutum opera, honore convenienti destituere mavult, quæ beneficia laudabiliter narrare; nec imperat nec obtemperat, non solum hominem liberum & civem bonum, & simulat otium aut vitiosas actiones, cum sit virtuosus & laudabilis & diligens, quod non est boni viri. l. 5. Ethic. c. 5. l. 3. Polit. c. 4. & 13. Vir bonus sacratissimum est, prophanissimum vir malus, itaque laudaturus aut vituperaturus, cavere decet ne aberres. Nam DEUS, inquit Plato in Minõe p. 567. nimium indignatur, quoties quispiam illius similem improbat, aut probat dissimilem. DEI verò similis est Vir bonus. §. Virtutes quæ conversationem honestam ac decentem faciunt, propriæ laudis cupidum oratorem non repudiant. Veritatis ac Candoris interpres est, qui gloriam sibi debitam, ut oportet, affectat. Dissimulatores & Βαυρονειδῶτοι gloriosi veteratores, quia à mendacio non multum alieni, solent quæ sibi met revera competunt, negare, minora fingere & extenuare. Hoc mendacium morale & homileticum

12.
Justitiæ
universa-
lis & par-
ticularis
distribu-
tiva natu-
ra postu-
lat, ut ali-
quando
propria
laus affe-
ratur.

13.
Veritatis
& candori-
studii
propria
laudem
injungit.

eum meritò fugiendum, nocet societati humanae, cuius aequè interest, si delicta mancant impunita, quam si virtuosis pramiae desint, & encomia. Ideoq; Verax, integer, Candidus de se ipso sentit, existimat ac loquitur prout decet. Inter tres mendaciorum species, illa praecipua est, quando quis mendacio delectatur, & de se ipso verba faciens, exaggerat sua ut jactator, vel extenuat ut dissimulator: Tum enim mendacium, quod per se malum est, propter se amat: & talis simul id propter gloriam, ut alias ambitiosus, & propter lucrum, ut antiqui Sophista facere videtur. l. 4. Ethic. c. 13. §. Urbanitatis quoque ratio id interdum flagitat, hæc enim circa seria & jocosa occupata, non admittit ut per scommata ac calumnias fama & bene merita exagitantur. Homo igitur dexter ea dicit & libenter audit, quæ viro bono & libero conveniunt, ac ita se gerit, quasi ipse sibi Lex sit. Ideoq; à calumniis & scommatibus, quibus macula bonæ existimationi conciliatur, qualia legibus prohibita esse debent, se immunem præstat, sine ulla arrogancia, pronuncians quæ iusta & facta sunt. Non aliter ac lex statuit de agendis & omittendis, cui contradicere nefas est. Datur enim propriè loquendo Lex iis, qui non possunt resistere. vid. Thom. Hobbes in Elem. Philos. de Cive p. 230.

c. 14. l. 4. Eth. c. 15. l. 1. M. M. c. 20. §. Facile per reliquarum virtutum naturam declarari potest, quomodo propriae laudis honestus amor & iis se insinuet; cum nullus sit vere virtuosus, qui laudem propriam non maximè reputet; Nullus virtuosorum à malevolentia & odio, non raro evenit, ut quilibet proprios honores sibi adornare cogatur. Non desunt exempla in sacris & profanis, ubi pij, fortes, temperantes, iusti, mansueti, magnanimi, modesti, magnifici, liberales, nec non affabiles, integri, urbani & se qui inveniuntur alio nomine virtuosus, propriorum meritorum extiterint encomiastæ; de Jacobo Gen. 31. v. 38. seq. de Samuele 1. Sam. 12. v. 4. de Davide Psal. 131. de Jesu Christo Salvatore nostro Joh. 8. v. 13. 14. 48. seq. de Paulo 2. Corinth. 11, 12. de Pericle, Epaminonda, Cicerone, Phocione, Demosthene, Lycurgo, Nestore, Cyro, Antigono Secundo alijsq; id testatur Plutarchus in peculiari de laude sui tractatu p. 540. seqq. Itaque huc referenda quæ Plato in conv. p. 1189. de amore scribit, Laus propria, non injuriam infert.

14.
Dexteritas item & Urbanitas.

15.
Omnes virtuosus sibi laudem tribuunt ut exemplis constat.

B

DEO

16.
 Amicitia
 honesta
 Φιλαντία
 est pro-
 pinqua.
 Honestus,
 potius est
 Φιλάν-
 θος quam
 Φίλου-
 ρος.

DEO nec homini, omniumq; virtutum particeps. Conf. Barclaj.
 Icon. anim. cap. 11. & 12. §. Præprimis verò hoc egregiorum
 virorum factum, cum Amicitia, qua qui caret, vivere non videtur,
 eximiam habet communionem. Propriè dicta amicitia honesta, est
 erga alios virtutis causa. Nemo verò verè honestus esse poterit, nisi
 sui ipsius sit maximè amicus. Qui sui causa agit omnia, quæ con-
 ducunt & honesta sunt, vere probus, Φίλων ρος aut rectius Φιλάν-
 θος est. Is ratione utilitatis, quam præstare potest, plus amat
 amicum, ei benefaciendo; ratione honestatis se ipsum magis amat,
 honestissima quæque sibi vendicando l. 7. Magn. moral. c. 13. & 14.
 Talis amor erga se ipsum non competit nisi virtuoso. Continens ex par-
 te talis est, in continens esse cupit, vitiosus esse nequit. Contrahitur hos
 amicitia, per analogiam dictæ pactum, inter diversas partes aut fa-
 cultates animæ, quarum una amat, altera amatur. Amare autem
 melius est quam amari, ideòq; illa quæ amat plus confert & bene fa-
 cit, ista quæ plus accipit, plus redamare debet. l. c. c. 11. Amore
 tali nihil in humanis rebus sincerius, modo in justis limitibus & à vir-
 tute factis ardens, non etiam suo incendio quæ verantur, corripit

17.
 Conveni-
 entia in-
 ter ami-
 citiam &
 propri-
 um amo-
 rem.
 Philantia
 bona &
 mala.

Barclaj. Ephorm. pat. 4 l. Icon. Anim. c. 12. §. Ulti ergò ami-
 cus alteri bene facit, ac bene vult, sic virtuosus appetitum sensitivum
 per intellectum & prudentiam instruit, ut melior fiat, atque ita se &
 optimam sui partem maximè amat. Amicus non invidet amico vi-
 tam & bona, & cum eo libenter conversatur, virtuosus optimam sui
 partem salvam cupit, nec mala, nec mortem sibi precat. Cogitat
 quibus modis multis jucunditatibus perfundat appetitum sensitivum,
 gaudet quando recte agit, dolet si in studio prudentiæ & sapientiæ
 progredi nequeat. Ideòq; datur Φιλαντία bona & mala. Bona
 est qua honestus sibi sumit, quæ maximè sunt honesta, ut Fortis pro
 patria pugnat, vulneratur, obit, sibi sumit honestum & laude di-
 gnum, nempe cives suos defendere vel cum vitæ periculo. Nihil ap-
 petit ob vanam jactationem, nihil ob formidinem recusat, uti longe à
 luxuria, ita fama propior, superari in gloriam, atteri sordidum arbi-
 tratur, in predicando extra invidiam, non extra gloriam positus.
 Tacitus in vita Agricolæ. Liberalis dat, & sibi sumit ac acquirit
 nominis honestatem. Temperans abstinet à cibo, potu ac nimia ve-
 nere,

*nerē, & optimam sibi sumit vitam temperatam. &c. Mala est, quae
 incontinenens & vitiosus ex vano sui amore plus sibi rapit honoris, lau-
 dis, divitiarum, rerum jucundarum, quam debebat. Et talis ex
 prudentum judicio sui inimicus est, conf. l. 9. Ethic. c. 8. quia opti-
 mam sui partem animam perdit & corpus labefaciat. S. Plutar-
 chus non sine causa libro *de virtutibus* *de laude* s. de laude pro-
 pria, duos praemittit commentarios: Unum de vitioso pudore; Alte-
 rum de invidia & odio; Forte indicare voluit, quibus terminis pro-
 pria existimatio sit circumscripta, quibus causis aliquando à nolen-
 tibus exigatur: Evitare decet ineptam verecundiam, quae animum
 nimis effaminatum ac delicatum prodit; in honesto enim proposito,
 oportet animum obsistere, neque terrentibus, neque adulantibus
 cedere, adeoque illo velamine *δυσωτία* discusso, propriam existi-
 mationem alius cognoscendam publicat honestus, neque laudibus de-
 linitus gaudet, ut si comis & hilaris loco magnanimi ac justī dicatur.
 vide Plutarch. de pudore p. 529. & 535. Et quia invidetur iis po-
 tissimum, quorum virtus crescere videtur, non decet, ut invidia quis
 cedat, easq. laudes, quas malevoli allatrant, & ipse intermittat. Nec
 ob odium, laus temperata ac honesta omittenda, cum b. m. apud ma-
 los odium vehementius fiat, cum sperent se facilius mala facere posse
 ei, qui non est generosus; ac sui estimator. conf. Plutarch. de dif-
 fer. odii & invidiae. p. 538. S. Alias more suo, satis evidentē,
 adductis exemplis & testimoniis, Plutarchus commentari-
 um supra laudatum de laude sui proponit, quae omnia ad ea capita re-
 vocari possunt, quibus supra hoc factum per aliquot virtutum opera
 declaravimus. Statuit enim quod I X. de causis aliquis Encomium
 proprium suscipere possit (1) calumnia & accusationis depellendae
 gratia. (2) ad invidiam propellendam, Magnanimitatem ostendat.
 (3) in rebus adversis ne à fortuna oppressus videatur. (4) Civili ho-
 mini injuria affecto licentia datur de se verba faciendi ad in-
 gnatos. Cujus enim recte facta culpantur, is ea si laudat, omnino
 veniam meretur & reprehensione vacat; videtur enim non expo-
 brare sed defendere. (5) Excitandi studij & honestae amulationis
 gratia aliquis seipsum laudare potest: (6) ut mores pravi in alijs
 compescantur. (7) ut timidi refocillentur; Talis laudatio est ejus,
 qui*

18.

Vitiosus
 pudor in-
 hibet ex-
 istimatio-
 nem sui.
 nec non
 odium &
 invidia.

19.

Plutarchi
 quomo-
 do disse-
 rat de lau-
 de sui.

B 2

qui

20.
Quædam
monita
in hac do-
ctrina.

qui confidendi pignus Virtutem & scientiam suam amicis exhibet.
(8) Ut inutiles laudes aliorum refutentur. Hinc multi paupertatem, generis obscuritatem inter laudes suas consententur vanis & otiosis rebus posthabitis, ut invidiam retundant & malitiam. (9) ut utilia & honesta amplectemur. §. Sed in omnibus his cavendum maxime, ne laudibus præcipientes agi nos patiamur, neve alterius reprehensioni nostra immisceamus encomia, qui enim ex alterius dedecore gloriam venatur molestissimus & plane importunus est. Adeoq; ipsi de nobis loqui omittamus; nisi id cum magna vel nostra vel auditorum utilitate futurum speremus. Oweni l. 3 Epigr. 84. & in Monoth. Polit. 28. hæc sunt:

Omnibus invisa est stolidæ jactantia mentis,
Dum de te loqueris gloria nulla tua est.
Fit melior laudando Bonus, pejorq; malignus,
Cautior astutus, simplicior stolidus.

Thesis II.

UTi publicorum præmiorum ac onerum distributio inter Cives, instituitur juxta Justitiam Distributivam & Proportionem Geometricam: Ita ordinaria poenarum irrogatio fieri debet in bene constituta Republ. à Magistratu legitimo, in illos qui malitiosè & ex proceresi contra leges justas delinquent, ex præscripto justitiæ commutativæ juxta Proportionem Arithmeticam.

Summa
th. expli-
candæ.

§. Ex præc. Th. constat quod justii magistratus officium sit, Bonis, qui juxta præscripta legum, vitam suam instituunt, & de reipubl. commodis promovendis præclare merentur, præmia distribuere: idq; sit secundum præcepta justitiæ particularis distributivæ, & proportionem, ut vocant, Geometricam. In hac verò thesi probabilis ac Politicæ præcipuè declarandum, quod in poenarum irrogatione Judices & Imperantes, commutativam justitiam & Arithm. proportionem observare debeant, quando malos, qui leges & constitutiones reip. violant, eidemq; damna multa afferunt, coercere discipiunt.

§. Qui

§. Quilibet autem facile advertit hic questionem esse, de pœnis pro- 2.
 priè dictis Civilibus, cum ob delicta vel naturalis vita adimitur, variis De quibus
 suppliciorum generibus, vel civilis, ut appellatur, privatione libertatis pœnis &
 ac civitatis: Et de præmiis ac oneribus communibus, que conferuntur præmiis
 tur, idèd, quod quidam sint membra civitatis aut communitatis. No- quæstio
 tum etiam quod justitia universalis à particulari differat, ut totum sit.
 & pars, quodq; leges sint cause universalis justitia, in quantum, non
 tantum sunt statuta legitima, huic vel illi Reipubl. ratione status, ut 3.
 nunc loquuntur, consentanea, sed in quantum verè sunt justæ, ex pru- Justitia u-
 dentum rectè judicantium suffragio proposita. l. 5. Eth. c. 3. & 5. §. niverfalis
 Ab hac verò originem habent particulares justitia, que cum duas continet
 civium moderentur, actiones, due dicuntur, & in distribuendo & particula-
 commutando versantur, inde nomen Distribut. & Commutativa ac- rem I. Di-
 ceperunt. Hobbes c. 14. Elem. Phil. de Cive. negare audeat, distrib. struti-
 & vindicatoriam Justitiam esse duas legum civilium species, unius le- vam, quæ
 gis partes esse admittit; Distributoriam appellat prohibitoriam non est
 que loquitur ad omnes. Vindicativam vocat penariam & manda- eadem
 toriam, que loquatur ad ministros publicos. Rursus, omni legi ci- cum lege
 vili pœnam annexam esse idem Autor contendit; & sic, omnis lex civili di-
 civilis, que juxta eum eadem est cum justitia, erit pœnaria, nec da- structiva
 bitur Commutativa; nec Distributiva. §. Sed cum Hobbesius, ut vult
 sine probatione Legem Civilem cum Justitia confundat, quæ diffe- Hobbes.
 runt, tanquam norma, & id quod ad normam exigendum est; nec 4.
 satis distributivam distingvat à Vindicativa, quia ejusdem est & Hobbes
 prohibere, & mandare & pœnas delinquentibus dictare; certè nul- dist. in
 la suadet probabilitas ut novitatis & simul falsitatis avidi, hic rece- Leg. Di-
 damus à Veteri ac verè Philosophica sententia, qua determinatum, strub. &
 ut Justitia Distributiva occupata sit in distributione rerum externa- vindicati-
 rum communium, que bona aut mala, præmia aut onera publica in- vam; sed
 ter Cives distribuenda vocantur, ubi dignitatis per sonarum & rerum & nova
 equalitatis ratio habetur, & singulis quod æquum videtur concedi- vitiosa est
 tur. Quæ enim communia sunt reipubl. sive bona s. mala, in par- distinctio
 tes ac cives ejus redundant, illisq; imponuntur, qui rempubl. constitu- 5.
 unt. §. Cum verò impossibile sit, omnes cives, quoad omnia Cives nõ
 æquales esse, quidam enim atate, quidam prudentia, quidam meri- sunt æqua
 tis, les ideo

nec præ- tis, opibus, generis excellentia aliave ratione reliquos antecellunt;
 mia & o- Hinc neque possibile est, ut communia quæ totam republ. attinent,
 nera æ- & sunt vel præmia vel onera, æquali prorsus ratione distribuuntur.
 qualia. Ideoq; pro diversitate civium, publicam Salutem promoventium, di-
 6. versa præmia atque onera concedi debent. §. Ei, cujus merita &
 Majora opera in Remp. collata majora sunt, & propterea majorem nactus est
 præmia, favorem civium, majora quoq; præmia conferuntur, quam illi cujus
 magis partes in eadem civitate sunt minores: Contra qui commoda ex re-
 ritis, mi- publ. majora percipit, illi plus imponit justitiæ distributiæ tenor, de
 nora one communibus reipubl. oneribus, quam isti ad quem tantum ex republ.
 ra minus non redit. §. Id fit secundum proportionem Geometricam,
 divitibus ubi talis æqualitas instituenda, ut sicut se habet persona una, ad per-
 debentur. sonam alteram, ita etiam res quæ datur uni personæ, se habere debet
 7. ad rem quæ datur alteri personæ: Est enim Geometrica proportio,
 Quomo- sic dicta quod in magnitudine s. quantitate continua, demonstratio
 id fiat se- ejus fit manifestior, quando quantitates ita progrediuntur, ut quo-
 cundum ties prima earum continetur in secunda, toties tertia continetur in
 proporti- quarta: ut sicut 2. ter continetur in 6. ita 1 8. ter continetur in 54.
 oné Geo- Conf. Euclid. l. 5. Elem. definit. 3. & 4. & Commentar. Christ.
 metricâ. Clavii in h. l. §. Nec mirum videri debet, quod in doctrina
 8. Politica, de proportionibus agatur, id fit non tantum ob sororium
 Cur men- vinculum, quo amicè combinantur discipline scientifiæ, sed qui a hic
 tio fiat inveniuntur res, quæ ita numerari & inter se comparari debent: ad
 proport. omnem proportionem requiruntur quatuor termini, & justitiæ ad
 in Politi- minimum in 4. consistit, ut se habent duo ad 4. ita 4. ad 8. & hæc est
 ca doctri- proportio Geometrica continua, quando unus terminus (ut h. l.
 na. 4.) bis sumitur, & uti se habent 2. & 3. ita 12. ad 18. quia eandem ha-
 Distributi- bent proportionem sesquialteram: quæ proportio Geometrica appel-
 va Justitia latur, disjuncta. Et potissimum observatur in justitiæ distributiæ
 fit juxta talis proportio Geometrica disjuncta. Nam civibus conferuntur
 prop. Ge- præmia, vel onera imponuntur quia sunt membra civitatis & reipubl.
 om. Dis- ideoq; juxta eam proportionem quam ad totum habent. §. Uti
 junctam. nulla præmiorum distributio justa est, nisi diversa dentur præmia,
 9. civibus diversis: & onerum publicorum dispositio non est justa, nisi
 Injustæ fiat pro conditione civium diversa, diversimode. Underigide ex-
 præmio- actiones

actiones pro habitationum commoditate, qua promiscuè ab incolis
 exiguntur, ingratae ac iniustae sunt. Nec rectè sit, ut quilibet incola-
 rum sive Virtute sua aliquid conferat, in commune bonum, sive non,
 aequalem dignitatem cum aliis bene meritis obtineat. §. Quia
 E. Cives in Republ. dissimiles sunt, distributio praemiorum & onerum
 publicorum inter omnes cives talis existere nequit, ut aequalia
 omnibus conferantur. Non omnes idem praemium consequuntur,
 sed tantum id quod cuique competit. Non omnes idem velle gal, aut
 idem onus sustinere queunt, sed quilibet pro qualitate sua fortuna &
 conditionis. Conf. l. 5. Eth. cap. 3. l. 3. Pol. c. 3. §. Justitia
 verò commutativa pro objecto habet res quae in commercium ho-
 minum veniunt privato nomine, titulo ac jure. Vocantur *συνάλλαγμα*
 s. Commutationes. Quaedam sunt voluntariae, quan-
 do utrique animus est contrahendi & commutandi, ut emptio vendi-
 tio spontanea; quaedam invita quando sit commutatio aut contra-
 ctus altera parte invita, idè, vel clam & fraudulenter, ut clandestina
 furta, adulteria, vel aperte & atrociter, ut violenta verbera, rapina.
 §. Jam verò certum est, quod in nullis commutationibus confere-
 tur dignitas aut autoritas personarum contrahentium, cum negotio
 aut re in qua sit contractus, sed res e. g. vendenda, s. commutanda,
 aut factum instar commutationis erga alium institutum, compara-
 tur cum pretio si res sit bona, & cum poena si male sit instituta commu-
 tatio. §. Qui domum vendit, tantum nummorum ab em-
 ptore accipit, non quantum dignitas venditoris aut emptoris requi-
 rit, sed quantum nummorum domum illam potest compensare; ob
 hanc solam causam emptor nummos expendit. Iniquitas qua quis
 alterum decipit, sive sit plebeus s. nobilis non ex persona sed ipso facto
 aestimatur. Itaque in justitia commutativa non consideratur primo
 & per se quid personis commutantibus commodum sit, sed quod cui-
 libet earum debetur ratione istarum rerum quas commutant. §.
 Ideoq; Norma justitiae commutativae est proportio Arithmetica,
 & quidem non tam continua, in qua una quantitas bis sumitur, ut
 quantum distans duo à quatuor, tantumdem 4. à sex, quam Disjuncta;
 Cōfertur in contra-
 ctis; Et tibi pre-
 mium cum re commutanda aut poena cum facto. 14. Proportio
 Arithmetica est norma justitiae commutativae quae ita appellatur, quod in
 numero

rum & o-
 neru col-
 lationes.
 10.
 Civiu dif-
 similitu-
 do postu-
 lat publi-
 cor. pra-
 mioru &
 oner. in æ
 qualè dis-
 tributio-
 nem.
 11.
 Commu-
 tativa just
 diversas
 & contra-
 rias spec.
 contractu
 ordinat.
 12.
 In comu-
 tationib⁹
 se nō spe-
 ctatur di-
 gnitas per-
 sonar. cō-
 trahentiū.
 13.
 Cōfertur
 in contra-
 ctis; Et tibi pre-
 mium cum re
 commutanda
 aut poena cum
 facto. 14. Proportio
 Arithmetica
 est norma justitiae
 commutativae
 quae ita appellatur,
 quod in numero

ulus ejus
manife-
stior.

15.

Quomo-
do hic su-
matur vo-
cabula Lu-
cri & da-
mni tanq-
notiora
& per a-
nalogiam

16.

Justū est
medium
inter lu-
crum &
damnum,
& inter
utile &
noxium.
In volūta-
riis & in
invitiscō-
mutatio-
nib. Just.
observat
proport.
Arithme-
ticam.

17.

Pœnæ
propriè
non distri-
buuntur

At; ubi in numerorum progressionem quadam interruptio fit, & bini inter se conferuntur; Non quilibet cum proximè antecedente, ut eadem differentia est inter 4. & 7. quæ est inter 8. & 11.

§. No-

ta, quod in hac doctrina Philosophus sæpe utatur vocabulo lucri & damni, non quasi in omni commutatione lucrum quod est alterius damnum propriè dictum occurrat, hoc enim potissimum in spontaneis Negotiationibus mutuis invenitur: Sed quod secundum analogiam etiam in invitis, clandestinis & violentis commutationibus detur injustum, quod duplicem considerationem mereatur, cum plus & minus inferat, inter quæ datur medium quod est justum, jus, æquale; ideoq; hoc ambiguum, & fraudulenta violentiæ involutum injustum, per notiora vocabula lucri & damni explicare voluit: Indicans quod invite commutationes fiant cum lucro unius & damno alterius.

§. Qualibet verò commutatio tum justa est, quando justum est medium inter lucrum & damnum, quando neutra commutantium pars plus lucri aut damni, plus boni jucundi aut utilis, vel plus mali molesti aut nocivi habet, quam habere debet. Ideoq; in commutationibus voluntariis justitia commutativa observatur & proportio Arithmetica, quando neuter commutantium, propriè lucrum aut damnum percipit. Adeoq; hæc justitia, Mercatorum callidas artes propellit, & magis usurariorum: quocunque enim nomine veniant usurae per naturam iniquæ ac injustæ sunt l. 1. Polit. c. 10. & Plut. de ære alieno p. 829. In invitis verò contractibus ita dictis à Philosopho, cum nomen commune & convenientius non detur (magis enim impropriè ejusmodi quæ hæc referuntur, appellantur obligationes ex delicto, quibus contradisting. obligationes ex contractu) Justitia commutativa observatur; cum lucrum aut damnum, quod altera pars commutantium sibi vendicarat immeritò, interveniente justitia vindicativa ac justo, removetur, ut hæc ratione ad equalitatem utriusque res redigantur.

§. Quia igitur pœnæ fontibus pro delictis irroganda, propriè juxta doctrinam Ethicam non distribuuntur, cum non sint communia quedam, omnibus civibus, quæ talibus, convenientia, neque irrogantur pœnæ, quia aliquis est civis & pars reipubl. sed quia hoc vel illud crimen contra leges justas ex deliberato consilio commisit: Hinc patet, quod hic actus à prudente & legitimo magistratu

magistratu ordinariè & in bene constituta republ. (ubi observatio legum justarum & virtutis exercitium pluris estimatur, quam ratio status, aut alicujus reipubl. conditio) fieri debeat, juxta commutativam justitiam & proport. Arithmeticam. §. Quod si quis hic procedat juxta normam just. distrib. s. proportionem Geometricam, ille, quod omnes, qui huic sententia se opponunt, prohibent, præcipit faciendum, nempe ut personis majorem dignitatem obtinentibus, assignentur majora tormenta; Plebeis verò minora, licet idem commiserint delictum. Cavenda verò hic est fallacia Accidentis & Ignorationis Elenchi, ne confundamus que in pœnarum irrogatione per se ordinariè & juxta præscriptum justitia commut. fiunt; cum illis que per accidens extraordinariè ex quadam arbitri aut judicis dispensatione contingunt. §. Evenire potest & solet, ut in qualibet Republ. nobiles & in dignitate constituti mitius puniantur, quando sunt consortes delictorum, que à plebeis vel eodem tempore vel alias sunt commissa, & interdum dat veniam corvis, vexat censura columbas, qui justitiæ vindicativæ Præses videri vult. Neque semper admittit forma Reipubl. ut inter delicta & pœnas fiat tantum comparatio, sed circumstantiæ etiam personæ, loci, temporis ponderandæ; ne uti fieri solet tota Respubl. mutetur ob pœnarum nimiam exaggerationem l. 5. Pol. c. 7. §. Si delinquat qui in statu Aristocratico ad imperandum est ordinatus, committendo homicidium, ac idem flagitium alio tempore perpetret qui in eadem Republ. versatur ut obtemperans, si ad idem supplicij genus pertrahatur hic imperans & obtemperans, satis fieri videtur justitiæ commut. & proport. Arithm. At turbatur respublica, nec facile id admittent qui imperio præsumt, ut ejusdem quondam imperij & consilij particeps, tam horrendo supplicio subjiçatur. Ideoq; si quam maximè justa esset hæc pœnarum irrogatio, Practica tamen non est, cum ad usum in Rebusq. quibusd. salva forma earundem, transferri nequeat. §. Observandum quod praxis & mos exequendi leges, legum constitutionem non mutet: Practica manet hæc doctrina, licet usus eam non comprobet: affectus faciunt, ut homines aliter loquantur & judicent. l. 2. Rhet. c. 1. propter justitiæ vindicativæ accuratam observationem, nemo justè nascitur, nec prudens Remp. mævuli turbari, quam in compositos affectus corrigere,

G

18.

Præstantiori in Rep. si forte delinquat, non sunt infereðæ majores pœnæ. 19. Mitigatio pœnar. interdum ob formã Reip. fieri debet, & fit ex arbitrio judicis; nõ v. ordinariè 20. In Aristoc habetur respectus personar. & pœnar. salva just. commutativa. 21. Hæc doctrina de æqual. pœnar. practica esse debet, licet usus

contrari-
us sit.

22.

Pœnarū
inæquali-
tas pro di-
versitate
delictorū
non tollit
proport.
Arithm.

23.

Quomo-
do Viri
antea be-
nè meri-
ti, mitius
punian-
tur.

24.

Respect^o
personar.
in pœnar.
irrogati-
one re-
quiritur
ex conse-
quenti.

25.

B.M. Wi-
chelm.
observa-
tio hic re-
nenda.

re, quibus ad mediocritatem revocatis, animadvertit flagitiosum homicidam, optimatum qui virtutem sectantur, societate indignum esse. Debentur enim delinquentibus pœnae ut privatis, non ut civibus, nisi cum addito facinorosis. Alia tamen sæpè est constitutio Reip. alia administratio, nec idem in quavis republ. est justum, l. 4. politic. c. 5. l. 5. c. 0. S. Pœnarum quoque gradus & varietas constituitur pro inæqualitate delictorum. Non enim justè fit, si quilibet delicta eadem pœna refrenentur. Si namque unum eorum justè sit punitum, fieri nequit, ut alterum quoddam duplo majus, pari pœna plectatur. Sed nec inde sequitur, quod in pœnis irrogandis Geometrica proportio observanda. Ut quando emuntur & venduntur res diverse & inæquales, pretia earum habent proportionem inter se eandem, quam res ipsæ, nec tamen proportio Geom. est fundamentum Emptionum. S. In pœnarum varietate non instituitur proportio rerum s. factorum ad personas, nec pœna cum persona, sed cum delicto comparatur. Eadem tamen pœna sæpè differt quantitate, prout alia atque alia persona est, quæ illa afficitur. Hinc fit, cum Vir in eminenti dignitate antea positus, ob delictum ex proœresi commissum, nonnunq. in speciem mitiori pœna afficitur, re ipsa tamen æquè graviter puniatur, atque alius tenuioris fortunæ homo, cui major, ut apparet pœna, infligitur. S. Ideoq. l. 5. Ethic. c. 4. docet Philos. quod just. commut. primo & per se personas puniendas non respiciat, sed pœnam delicto adæquare studeat. Capite 5. autem asserit in puniendis delictis, personas distinguendas, nempe per accidens & ex consequenti, quatenus ex conditione personæ, vel delicti, vel pœnæ qualitas æstimari potest. Conf. l. 5. Ethic. passim l. 1. M. M. c. 34. c. 34. l. 4. Eud. c. 2. seq. l. 3. politic. c. 9. 10. seqq. l. 4. c. 16. l. 6. c. 8. Grotius l. 2. de jure Belli & Pacis c. 20. Joh. Beringius in disp. anno 1641. Gryphis w. habita. S. Diffidendum non est, quod hæc controversia eruditissimos etiam viros intricatos reddiderit, quodq. probabiliores rationes sint pro justitiâ comm. & proport. Arithm. in pœnarum irrogationibus observanda; quam pro distrib. & proport. Geomet. Nemo tamen, quantum constat, id notavit, quod Thales noster M. Hartv. Wichelmannus p. m. viva voce quondam d. cuit; Nempe quod in benè constituta Republ. delicta sint æstimanda, & pœna constituenda juxta proport. Geometricam

ericam à legislatore. Exigenda verò sunt pœna per judicem à delin-
quentibus juxta proportionem Arithmeticam. In constitutione pœ-
narum sedula habetur ratio omnium circumstantiarum, & delin-
quens confertur cum delicto, persona lædens & læsa, sic mit ores &
graviore pœna promulgantur, iis qui idem facinus committunt ob
varietatem circumstantiarum. Inflictio autem pœnarum fiat juxta
proport. Arithm. singule pœna conferantur cum singulis delictis. §.
Adeoq; justitia Legislatoris, in pœnarum constitutionibus, propriè
dirigitur secundum proport. Geometr. & vigilat quasi pro justitia
distributiva. Sed justitia Judicis; qua secundum leges delinquentes
punit, fit pro justitia Commutativa, sed propriè non est justitia com-
mutativa. Prout multa dantur prudentiæ, quarum una pro alterius
usu & commodo fungitur suo munere, ut Legislatoria que pru-
dentis. monita suppeditat, eò sine ut prudentia Judicativa s. judicis
& Administrativa imperantis se rectè habeat, illa verò ad benè ope-
randum instruunt, ut Prudentiæ absolutè dictæ, secundum quam sin-
guli Cives rectè vivunt, locus concedatur l. 6. Eth. c. 10. §. Alia
enim est justitia legislatoris, alia Censoris, alia Judicis, alia absolutè
dicta Politica & civilis, que dividitur in Distrib. quam propugnat bo-
nus legislator & Censor, & Commutativam, pro qua post violatum
jus negotia sua tractat judex, qui pro sopolepsie non est accusandus, si
habeat rationem personarum, in illis circumstantiis, quas justus le-
gislator observandas esse injunxit. Im Prudentes in legibus civili-
bus, quoad pœnarum constitutionem, per sonarum respectum habe-
ant, non ratione consanguinitatis, potentia, divitiarum, honoris, a-
micitiæ & inimicitia; sed ut personæ considerantur tanq. lædentes &
læsa. Sic aliud est, quando subditus verberat Magistratum, aliud quan-
do Magistratus subditum, aliud quando subditi sibi invicem injurias
faciunt, aliud si imperans Collegam lædat. Hæ circumstantiæ variant
justitiam legislatoris, & immutabili observantia per justitiam judicis
exprimenda sunt. vid. l. 5. Ethic. c. 8. §. Et quisque imperanti-
um & judicum à se suisq; initium faciat, quando opus est, domum su-
am coerceat, quod plerisque non minus arduum, quam provinciam
regere, non studiis privatis, non ex commendatione aut precibus alio-
rum, onera aut præmia dare, multa scire, non omnia exequi, parvis

26.
 Justitia
 Legislato
 ris est pro
 Just. distr.
 Judicis a.
 pro just.
 commu-
 tativa.

27.
 Disting.
 inter just.
 legislato-
 ris, Judi-
 cis & ci-
 vilem.
 Legisla-
 tor respec-
 tum per
 sonarum
 lædenti-
 s & læsæ
 haber.

28.
 Boni Ju-
 dicis offi-
 cium est
 justum &
 æquum

observare.

29.

Pœna est scelerum medicamentum Justitia animæ medicina.

peccatis veniam, magnis severitatem commodare, nec pœna semper, sed sæpius pœnitentia contentum esse, nec facilitate auctoritatem, nec severitate amorem dimittere. Vid. Tacit. in vita Julii Agricolaë. §. Sceleri cuivis medicamenti instar pœna imponenda, nec eadem in omnibus magnitudinis mensura, nec eodem temporis articulo definita. Hæc Medicina anima, quæ Justitia nominatur, omnium esse artium maxima, à *ἔσθλην* artem boni effectricem; & Justitia administratorem, præstantissimum virum, qui scit, quando, quomodo & quatenus quilibet malorum sit puniendus. Plutarch. l. de his qui serò à Numine puniuntur pag. 550.

Ex Secunda Politicæ Parte.

Thesis I.

Tyrannorum nomen & actiones, merito à bonis improbantur, & uti vocab. Tyranni apud probatos in doctrina Politica Autores, in bonam partem non sumitur, ita qui verè ut Tyranni imperant, justum sibi, infortunatum verò subditis, accelerare solent exitium. Tyrannidem verò perfectè cognoscere non licet, nisi præsupposita doctrina politica de primis societatibus & politiis bonis & malis.

Politicæ secunda pars est scientia practica & agit de cōtrariis.

§. Secunda Politicæ pars, retinet nomen totius & vocatur Politica prout omnes virtutes morales, nomine justitiæ appellantur, & primaria quadam earum species, idem obtinet nomen, estq; civilis Justitia particul. commut. & distribut. de qua præced. Thesi dictum.

2. Præsens doctrina est ex numero cōtrariar. in Politicis, sed non prima.

Hæc verò scientiæ practica pars, ut aliæ scientiæ, de contrariis sæpè differit, cum & sensus & scientiæ sint contrariorum. l. 1. M. M. c. 1. l. 3. de anima c. 5. l. 1. post. c. 2. Et præsens doctrina, de Tyrannide, sibi oppositam habet illam, quæ est de Regno, aut alia bona Republ. Ex qualibet enim bonâ, everfis principijs conservantibus, mala & aliqua Tyrannis fieri potest, idq; contra naturam humanam & rectam prudentis rationem accidit, ut quando conditio naturæ legibus consentanea, Dominorum & servorum violatur. §. Neque hoc de Tyrannide, ejusq; oppositis dogma primum est in Polit. scientia, sed in Principio

pio sua doctrina, simplices societates, ex quibus fit maxima societas, quæ civitatis nomen habet, considerando, de relativè oppositis s. contrariis agit, & statuit, quod societates inter Maritum & Uxorem, Parentes & Liberos, Dominum & Servos, sint natura, & tum demum justæ, l. 1. Pol. c. 2. & 3. Nisi enim quilibet istarum societatum particeps, per naturam eò feratur, ut opus amicitiam & jus, (quæ tria ad conservandam societatem à quolibet socio, quamvis diversimodè exiguntur) lubenti animo conferre velit ac possit, inutile erit societatis humane membrum. §. Itaque per naturam Maritus, Parentes, Dominus apti esse debent ad imperandum, & justè agenda præscribant, Uxor, Liberi, Servi, nati sint ad obtemperandum & faciant juxta rectè præscripta. l. 1. Pol. c. 12. 13. l. 3. c. 4. l. 8. Eth. c. 8. Sic bene constitutis societatibus domesticis, ubi imperare & obtemperare utilia, necessaria & naturalia sunt, fiunt bonæ Civitates per naturam: l. 1. Pol. c. 5. seq. Cum maximè natura humane sint consentanea; inde principium constituendarum Civitatum fuit natura, non præelectio; finis verò bene beatèq; non tantum unà, vivere. l. 1. Pol. c. 2. l. 3. c. 1. & 9. l. 7. c. 8. §. In ejusmodi civitatibus secundum naturam rectè constitutis, datur legitimus ac natura conveniens ordo, inter imperantes & obtemperantes, sicut per naturam intellectus rectè imperat appetitui sensitivo, l. 1. Pol. c. 2. l. 3. c. 4. l. 3. de anima c. 11. ita justè imperat, qui præscribere potest rectè agenda, quod fit ex habitu & actione prudentiæ. Ille verò jure obtemperat, qui tali prudentiæ non est præditus. Talis ordo vocatur Respubl. legibus prudentum definita. §. Et quamvis absolutè loquendo, non sit nisi unica talis verè Respubl. quæ Optima, cum optimum esse nequeat, nisi simul sit unum: In comparatione tamen plures optima & bonæ esse possunt, & illa melior, quæ magis accedit ad optimam. Distingvuntur verò illa ex fine maximè imperantium, tum & obtemperantium, quia ratione illius quod intendunt imperantes, & cujus gratia obtemperantes mandatis satisfacere conantur, ordo ille inter cives conservatur. l. 3. Pol. c. 1. 6. & 7. §. Quidam imperare solent eo fine, quo parentes liberis præsumt, nempe ut liberis bene sit, & gratia referatur parentibus; & si eveniat, ut talem scopum intendat unus, qui inter reliquos virtute & prudentiæ eminent; hac Respubl. vocatur

3.
 Simpliciter societas quædo secundum Naturam justæ sunt.

4.
 Civitates rectæ sicut natura, ordo civium legitimus secundum naturam.

5.
 Ordo verè legitimus tantum unicus, inde una Respubl. optima.

6.
 Bonæ Respubl. comparative dicuntur & ex fine im

peranti- *justa Monarchia & Regnum. l. 3. Pol. c. 13. Quidam imperant &*
um distin- *obtemperant Virtutis, potentia, optima fama, ac melioris fortune ac-*
gvuntur. *quirendi causa, & hi quia aut sunt virtuosus, aut virtuosos sequuntur,*
dicuntur in Aristocratia vivere. l. 4. Pol. c. 7. Quidam imperant
& obtemperant libertatis conservanda gratia, adeoq; illa qua ambi-
guam reddunt libertatis possessionem remonent, quantum in se est, in-
de omnibus permittunt jura civitatis, imperij, consilij, deliberationum,
cumq; b. m. populosam multitudinem faciant, in Democratia degunt.
7. *l. 4. Pol. c. 4. §. Errant communiter qui his tribus Reipubl.*

Plures da- *speciebus contenti, plures ejusdem generis non declarant, sed totidem*
ri politi- *malas enumerando; univ. salem Reip. definitionem tradere cupiant.*
as quam 3 *Quia enim plures dantur fines imperantium & obtemperantium, sat*
bonas & *commode & aliquando ad normam & indolem Optima Reip. vi-*
totidem *ventium, necessum etiam plures dari Reip. bonae formas l. 4. Pol. c. 4.*
malas. *Ut Politia in specie dicta (alias omnes respubl. rectius dicuntur Poli-*
tiae, cum vox Reip. nimis obscura & generalis) quando imperantes &
obtemperantes, pro communi commodo dimittant, licet omnes non
sint aequè virtuosus, sed quidam eorum excellunt virtute bellica, & pe-
nes hos imperium maximè est. Talis reip. forma alias Timocratia

8. *vocatur. vid. Plutarch. l. de rerump. form. p. 826. & seq. §. Da-*
Timocra- *tur quoque Mixta resp. ex duobus & pluribus bonis; & quia tum finis*
ria, Poli- *imperantium ac obtemperantium varius, & ab enarratis diversus,*
tia mixta, *patet quod nova quoque inde fiat species bonae reip; Ut si constitutio*
Dynastiae *fiat juxta instituta Regni, administratio verò secundum modum im-*
quaedam *perandi Aristocraticum, ut fere in Romano imperio accidit. Ita Pla-*
sunt spe- *to in lib. 6. de legibus Remp. mixtam ex bona Monarchia & Demo-*
cies bonae *cratia delineavit. Evenire etiam potest, ut ad conservandam gene-*
Resp. *ris nobilitatem & antiquam prosapiam illi imperent, qui primi regio-*
nem fortitudine bellica occuparunt; Hec Dynastia ex parte vocari
possit, & novam constituit Reip. speciem. Confer Adversaria Chro-
nolog. D. Herm. Conring. qui inter antiquissimas Asiae & Aegypti
Dynastias cap. 1. p. 10. contra Ctesiam pro Herodoto ostendit, nunq.
floruisse magis Assyrios, quam quo tempore, juxta Ctesiam, gemue-
runt sub Medis ac Babylonis, & Medos & Babylonios durissimam
servitutem passos ab Assyriis, quando Medis Assyrijs imperararunt,
secun-

*secundum Ctesiam. Nisi verò firmiori fundamento hæc sint superstru-
 eta, quam testimonio Herodoti, facile labefactari queunt. Si enim
 Ctesie fides deroganda, quod Aristoteles & Plutarchus eum Mendacij
 reum faciant, idem sentiendum de Herodoto, cujus malignitatem toto
 libro descripsit Plutarchus, & Philosophus sæpe arguit l. 3. hist. ani-
 mal. c. 22. & l. 8. c. 19. §. Imprimis omnium optima Resp. ex voto
 prudentum constituenda, ab his diversa est. Et singula modo enarra-
 ta Respubl. suas sub se continent species, at Regna, Aristocratia, Demo-
 cratia, Mixta Politia, Dynastia, non sunt unius indolis, & si exactius
 considerentur, in quantum ab optima Politia parum discrepant, ma-
 gis videntur peculiare species constituere, quam qualibet earum,
 quæ alias simplices vocantur. Sic interdum plus, interdum minus
 potestatis habent, qui Regnis præsent. De Hispaniæ Rege notum, ex
 Thom. Segeth. discurs. polit. quod plurium rerum publ. planè se-
 paratum caput existat. Neapolitanis potenter, Siculis gratiosè, Medi-
 olan. temperatè imperat. Plura regna, licet ab uno administrantur,
 ob id non sunt unum regnum; Multo minus plura regna, à diversis
 gubernata, eandem regni speciem & imperantium finem referunt. I-
 dem de diversis Aristocratijs, Democratijs & c. dicendum. §. Huc
 spectat Politia Israelitarum, quæ planè nova, à reliquis omnibus di-
 stincta, quam Josephus lib. 2. contra Appion. p. 1071. Theocrati-
 am appellat, cum penes DEUM unicè ac peculiari modo, fuerit sum-
 ma potestas, de rebus omnibus civilibus disponendi. Neq; enim tem-
 pore Seniorum fuit Aristocratia, aut Judicum ætate Democratia, aut
 Regum Monarchia; sed jura belli ac pacis, cura rerum sacrarum ac
 politicarum primariò singularitur & omni tempore DEO commissa
 erat. Si qua Reipubl. forma huic Theocratia cognata est, illa erit
 πῦλασιδία Regnum perfectum, justum & optimum, l. 3. Pol. c.
 16. Itaque hæc Θεοκρατία, & alias πῦλασιδία, novas consti-
 tuunt Reip. bonæ species. §. Et fortè, si perpendantur instituta
 variorum populorum, adhuc aliæ quadam Reip. species invenirentur:
 Ut in Germania, variæ dantur Respubl. cum Incole imperantes & ob-
 temperantes, diversis legibus vivant; adeoq; tota Germania perperam
 dicitur una Civitas, vel Respublica. Helveti & Svevi aliam Reip.
 speciem habent, quam Saxones, nec inter hos datur idem ordo impe-
 rantium*

8.

Optima
 Respubl.
 & singulæ
 politia-
 rum spe-
 cies no-
 vam reip.
 formam
 faciunt.

10.

Theocrati-
 a & pami-
 basileia
 diversæ
 sunt spe-
 cies Reip.

11.

In Ger-
 mania va-
 riæ dan-
 tur Reip.
 formæ.

rantium & obtemperantium. Aliter vivunt, qui immediata Imperatoris Romano-Germanici gubernationi subsunt; aliter qui in Electoribus, Ducatibus, Principatu, Comitatu, Cives sunt; uti Civis in alia Republ. alius atque alius est l. 3. Pol. c. 1. 5. & 13. conf. Limnæum; Jac. Lampad. de jure Publico; & Dispp. D. Conringi de Civib. Imperii Germanici, de Urbibus Germ. de Comitibus, Ducibus, Electoribus, Episcopis & Judiciis in Rep. Germ. §. Omnes verò illæ bonæ respubl. originem natura habent ex primis societatibus bene ordinatis; prout Malæ (in quarum numero Tyrannis facile eminet, cum de malitia omnium participet, ut sit colluvies omnium vitiorum in Politijs malis) à malè constitutis societatibus domesticis ortum trahunt. Si enim affvescat Mulier Viro imperare, aut quia dives aut quia luxuriosa est, oritur in Republ. etiam imperiosa Licentia Mulierum & affectata Gynæcocratia. Talis Politia, absolutè loquendo, nature humane usque adeo non est conveniens. In illis tamen locis, ubi consuetudine & consensu publico introducta est, aboliri non debet; præsertim cum dentur Heroine supra sortem sexus ad imperandum nata, & stipatæ prudentum virorum consortio, laudabiliter imperant. Exemplum est Sereniss. Svec. Regina Christina, quæ magno animo nuper d. 6. Junij hujus 1654. anni Regiam eminentiam, qua cum omnium applausu per 24. ferè annos ornata, Serenissimo tradidit Successori Carolo Gustavo. §. Analogiam cum imprudenti mulierum dominatu, habet Oligarchia & ex parte Tyrannis. Nam Oligarchici imperant, eò quod divites sint, & ut cumulent divitias in opprobrium pauperum. Tyranni voluptatibus incitati, & avari, quælibet tentant, ut ijs frui possint. Alias verò Oligarchia bonæ Democratia, & Tyrannis Regno opponitur. §. Si verò Liberi parentibus obloquantur, ac vitiosa sit societas illa; prava ista educatio in Remp. multa exonerat corruptelarum agmina. Unde commendatissima esse debet bonæ Reip. incolis recta liberorum institutio, vid. Plutarch. de Educ. p. 5. seq. Arist. l. 8. pol. Præprimis ex petulantia puerorum inveterata, oriuntur Dominatus tribunorum plebis, Dæmagogorum, Cosmorum, Ephorum in veteribus Rebusp. frequentiores l. 2. pol. c. 9. & 10. illi enim, ut male morati liberi, antiquorum statuta reformare, & ad suas voluptates multitudinem allicere laborarunt;

bonarum; Inde sapius orti fuerunt Tyranni. l. 4. Pol. c. 10. l. 5. Pol. c. 11. Similitudinem quoque Puerilis Licentia refert, si quidam, ut olim factum in Æthiopia, (Longe autem alia ratio fuit, qn. Saul primus Israel: Imperator ex mandato Dei robustus, elegans, procerus, electus fuit I. Sam. 9. Cujus Electioni premissæ sunt leges Regiæ, juxta quas si continuò & indifferenter imperassent, populo Israelitico præfecti, parum à Tyrannis differre potuerunt, nisi quod bonus etiam Rex, urgente necessitatis casu, aliquando simili utatur imperio) ob eximium corporis habitum ac robur imperare velint, & ascitis sui similibus, reliquos opprimant, quæ Cosmocratia appellari potest, l. 4. Pol. c. 4. Et tyranni plurimum tribuunt lauto vestitu, procero corpore & robore gaudent l. 5. Pol. c. 11. §. Quando verò servi insurgunt adversus legitimos Dominos, eo quod multitudine facile superare possint, aut quia nimiam licentiam sibi vendicant, quia nimis leniter, vel nimis aspere tractantur, oritur turbata Resp. Elotia, quando servi in Dominos perniciem moluntur l. 2. Polit. c. 9. & Tyrannivitiis dediti, servi sunt, & melioribus dominantur, l. 5. Polit. c. 8. & 11. Huic respondet mala Democratiæ s. Ochlocratiæ quando promiscua multitudo, imprimis egena, prætensa libertatis larva, cum obedire debebat, regimen affectat. Ita Tyrannus securitatis fidei, libertatis causa, rempubl. administrare videtur, Cum propriam voluptatem quaerat, l. 5. Pol. c. 11. §. Ubi notandum quod ita ignarus non fuerit Philosophus, ut ab Arisæo, l. 1. c. 7. p. 192. seq. doceri debuit, Resp. non esse determinandas à paupertate & divitijs, à paucitate & multitudine. Potuit enim discernere, inter illa quæ per accidens & quæ per se ad rempubl. spectant. Finis imperantium & obtemperantium per se differentiam inter Politias constituit; Accidit verò ijs, qui certi finis gratia imperant & obtemperant, ut sint multi, & pauperes, aut ut sint pauci & divites, & hinc oritur appellatio Ochlocratiæ, quæ est multorum pauperum irrationalis regnandi pruritus; & Oligarchia, quando divites, qui ut plurimum in quadam civitate numero pauci sunt, imperium sibi rapiunt injustum. §. Prodeunt adhuc plures Malarum (ut & Bonarum Politiarum) species, si quis partes Civitatis inter se conferat, & advertat penes quos incolæ sit imperium; interdum Mercatores, interdum Artifices, aliquando Milites, Agricole,

15.

Elotia & Ochlocratiæ cōvenit cū Tyranni-

16.

Arnisæus immerito Arist. carpit, cum non à paupertate & divitijs tanquam à fine Democratiæ & Oligarchiam determinet

16.

Varia ad huc dantur Respubl. mixtæ ex colatione partium civitatis.

D

cola,

18.
Non da-
tur gene-
ralis defi-
nitio aut
confide-
ratio Rei-
publ.
Tyrannis
ex malis
Politiis
agglome-
rata est.
19.
Nec vo-
cabulum,
nec offi-
cium Ty-
ranni est
laudabile,
& bono
principe
dignum.
20.
Nomen
Sophista
ex prima
origine &
usurpati-
one ma-
lum est &
vocab.
Tyranni.

cola, Nauta, Mercenarij rem gubernant publicam, & quisque talium
diversum scopum & finem imperandi sibi proposuit, cujus causa omnia
agit, leges praescribendo, judicia exercendo. Sic Tyrannus Cauponari-
am exercet, & vendibilia facit publica in Civitate officia l. 5. Pol. c.
12. l. 4. Pol. c. 4. & Viri Clarissimi M. Hartwici Wichelmanni
Dispp. de Politiis th. 10. 11. & 12. anno 1644. Regiom. habitas.
§. Patet verò hinc, quod Reipubl. definitio universalis & in abstracto
sumta, plane otiosa ac vitiosa sit; Cum enim Resp. sive vocab. Politia
non tantum plures species ejusdem generis natura designet, quae sine
aut specialiratione, juxta quam determinanda sunt, omnino dissi-
dent, sed etiam contrarias species involvat; Plane impossibile est, uni-
voca ac generali oratione talia explicare. Ulti vocabul. Entis, Phi-
losophie, Amicitiae, Sani, naturae, candidi, clari, &c. Sapientes Phi-
losophi non describunt una definitione generali, sed tot eorum dant
definitiones, quot significata occurrunt, de quorum numero & indole
ex communi hominum suffragio judicandum. conf. Plut. l. de form.
Rerump. p. 826 & Arist. l. 3. Pol. c. 3. Patet etiam quod Tyrannis
sit quasi cento ex vilissimis panniculis ac sordidissimis rejectamentis
turpissimarum Politiarum confusus. §. Ut mirum sit dari Politicos
ac civiles homines, qui, ut loquitur Barclajus in fine Euphorm. non
tantum multa eruditione felices sunt, sed praeterea civilibus discipli-
nis imbuti, incuriosam Scholasticorum morum vilitatem effugerunt,
& tamen statuunt, Tyrannorum vocab. olim fuisse, viris laude dignis
impositum, neque nunc Principes à moribus Tyrannorum liberos esse
debere. Ipse Barclajus lib. Icon. Anim. c. 13. pag. 254. existimat,
quod quidam cives multo ambitu proveci, atrocitate terribiles, fe-
cerint ut pejus plerique de regibus sentiant, nomenq; Tyranni, quod
olim insigne regnantibus, in publicam infamiam odiumq; concederet.
Thomas Hobbes c. 12. §. 3 & 4. determinat, quod summus Magi-
stratus non sit ullis legibus civilibus subjectus, quodq; seditiosa sit opi-
nio, putare Regem secundum leges imperare debere; Et Tyrannicidi-
um esse licitum. Hanc opinionem tribuit nonnullis hodiernis Theolo-
gis, imo omnibus antiquis Graecae & Romanae Anarchiae fautoribus
& Sophistis, Platoni, Aristoteli, Ciceroni, Seneca, Plutarcho. §. Ap-
paret verò quod ipse Sophista sit, & Tyrannidis fautor, neque enim
hoc

hoc calumnioso nomine onerare debebat Sophistarum felicissimos ho-
 stes, ac Viros Philosophos, & Oratores. Deceptus autem videtur ex
 ignorantia, quod tum vocab. Sophista, tum Tyranni ex prima impo-
 sitione, & Philosophorum usu, non in bonam, sed in malam partem
 sumatur. De Sophista satis constat, ex lib. de Soph. Elench. Ari-
 stotelis, Platonis Dialogo de Sophista p. 383. ubi ait: quod Sophi-
 sta sit qui verbis quasi prestigijs mirum in modum auditores decipit.
 Plutarch. in quæst. Platon. i. tempore Socratis, apud Athenienses ex-
 stitisse Sophistas pessimos Doctores, testatur. Et in Lycurgo p. § 4.
 Hippiam appellat Sophistam, de quo vide duos Platonis Dialogos
 & Ficini argum. in Dialog. Platonis p. 251. Xenophon l. i. mem.
 Socr. Sophistas appellat *μεγίστην* sive prostibula. Lucianus l. de
 morte peregrini. Christum per blasphemiam vocat Sophistam. & c.
 §. De Tyranno evidenter id colligitur ex libris Polit. Arist. l. c. Pla-
 tone l. 8. de Republ. p. 628. ad 641. lib. de Protag. p. 240. In The-
 ag. p. 90. & 91. in Polit. p. 556. & 558. aliisq; locis ubi describit Ty-
 rannum, ut larvarum ac furiarum Præsidentem, Simiam bonorum Re-
 gum maximam, maximum prestigiatorem, ebrium, lupum, furem,
 parricidam, & c. Ex Laërtio in vita Plat. l. 2. p. 213. ubi inquit, qui
 coactis per vim civibus regnant, ij Tyranni vocantur Xenoph. l. 4. mem-
 mor. Socr. & l. 6. hist. Græc. Tyrannus vi imperium tenet, imperit
 nolentibus, contra leges Plutarch. in Timol. p. 243. & in Arato p.
 1033. Tyrannidem maximum in Rebusp. malum appellat l. de Virt.
 Mulier. p. 262. Tyrannos excogitare opera inutilia, non necessaria,
 ad vexandos & laboribus atterendos cives. conf. l. 5. pol. c. 11. & Plut.
 lib. de sero à Numine punitis p. 552. docet quod Deus utatur Ty-
 rannis, tanquam malis & truculentiss. carnificibus, ut sumant de im-
 probis pœnas. §. Adversus hanc vocab. acceptionem parum obver-
 teunt, nisi dicta quadam Oratorum, Poetarum, hominum vulgarium,
 qui aliquando adulandi animo, vel ex metu, credulitate, aut ignoran-
 tia veri usus hujus vocab. Tyrannum instar Regis venerantur. Hinc
 magnum memorant dextram tetigisse Tyranni. Illis verò si non plu-
 res, certè totidem opponimus Oratores, & Poetas, quorum sententias
 citare solent Lexicographi, & Florilegiorum conditores, ut Tob.
 Magirus, Jos. Langius. §. Mirari subit, cur plurimi ex Cornel.

21.

22.

Nec ex
 Poetis,
 Oratori-
 bus aut
 Histori-
 cis aliud
 probari
 potest.

23.

Adduci-
 tur testi-
 monium
 Cornel.
 Nepotis
 qui vul-
 gar. opi-
 nionem
 rejicit.

D 2

Nepote

Nepote in Miltb. probent bonam vocab. Tyr. acceptionem; Historicus planè repugnat, dum (1) Miltb. regia dignitate inter Cherson. ostendit cap. 2. p. 2. caruisse nomine quod imperio ac justitia erat consecutus, (2) opinione ac malevolentia populi, quam post Osmicismo declararunt vide Bœcler. in Comm. p. 80. ipsum appellatum fuisse Tyrannum cap. 8 p. 8. (3) requisita Tyranni, Miltiadi non competere, cum fuerit justus, comis, humanus erga humiles; nec Civitati pristinam libertatem ademerit Tyrannico dominij genere. Conf. Arist. l. 5. Pol. c. 10. & 11. Barcl. Icon. anim. p. 257. Bœcl. tamen in Indice aliud indicat, & hunc locum refert ad illam acceptionem vocab. Tyranni, qua sumitur in bonam partem. In malam verò partem (addit) ut frequentius hodiè sumitur, ita serius ea significatio obtinuit; Citat Fuller. in Miscell. Sacr. sed unde hoc constat? Interim, tantum hæc probabili more disceptamus, nec quicquam detrahimus illis, qui ex Philologis aliud asserunt. §. De exitij Tyrannorum indole, nulla necessitas fovadet, ut consulamus Hobbesium l. i. §. 17. qui eam docet, præsupposita falsa hypotbesi, summum Magistratum legibus civilibus esse solutum, quod idem est, ac si diceret, Medicum non esse adstrictum præceptis, juxta quæ optimè curare potest, Nauclerum liberè aut potius temerariè, non secundum normam bonæ navigationis, navem dirigere. Ei enim qui imperat omnino legibus opus est, neque legibus imperat, sed secundùm leges, quæ omnibus imperant, ille qui justè imperare cupit, sua & Civium dirigit negotia. Qui malus est, subterfugit justarum legum observantiam; Verè igitur Civilibus legibus, quæ hominem verè civem bonum & Virum bonum reddunt, nemo exemptus est, qui Societatis civilis particeps. Facile tamen patet, quod magistratus non sit obligatus, quo juxta leges subditorum negotia sua instituat, non enim Civibus suis obedire, sed imperare debet legitimè & juxta leges justas. §. Facta fallaci hypotbesi, se ditiosam opinionem de Tyrannicidio recitat Hobbes. & statuit quod non sit licitum. Injuriam verò denuò facit præcis Philosophis, quod nomine Tyrannorum intelligant non solum Monarchas, sed omnes eos, qui imperium summum, in quocunque genere Civitatis, administrant. Distingvunt omnes Philosophi inter bonas & malas Politias, quandam Monarchiam, in qua unus imperat, pro-

24.

Summus
Magistra-
tus non
est legib^o
civilibus
solutus,
nisi sit
malus.

25.

Tyranni
non sunt
Monar-
chæ aut
qui sum-
mum im-
perium
in civita-
tib^o admi-
nistrant,
nisi cum
addito in-
justè.

prj

prj commodi causa, in perniciem subditorum, Tyrannidem vocant; & si multi eodem talis sine, Remp. perdant, & hi appellandi sunt Tyranni, quia summum injustum imperium in Democratia, Oligarchia alijsq; malis Politiarum formis tenent, adeoq; absurdum non est, si etiam Triginta viri dicerentur tyranni. Sui autem vel veritatis postea immemor, Hobbes distingvit inter Tyrannum qui jure & absque jure imperat: si absque jure imperat, hostis est, & jure occiditur, sed dici debet hoc non Tyrannicidium, sed hosticidium: si jure imperium obtinet, quare appellas, tyrannum quem Deus regem fecit? §. Constat verò ex communi Philosophorum suffragio, ex actionibus ac institutis tyrannorum, quod nullus illorum jure imperet, aut salva tyrannide imperare possit. Simulat interdum jus, ut quando à publica crudelitate & morte civium, quam ipse mandavit, se abhorreere gestibus ostendit, quando à vitandis Virginibus, cum sit salacissima bestia, abstinet, ne seditiones contra se excitet, ideoq; etiam juxta Hobbes. semper jure occiditur Tyrannus, & parum interest, quo nomine hoc facinus dicatur, Tyrannus è medio tollitur, cum sit hostis publicæ salutis, atque sic uno ictu & Tyrannus & hostis interficitur. §. Sanguinolenta tamen ejusmodi consilia non facile sunt suscipienda. Longè accuratius Philosophus in hoc dogmate progreditur, Tyranni naturam, affectus, actiones, externas gestus, ingressum, faciem, statuum vocem & quevis alia adeò evidenter delineavit, ut ex illa Sciagraphia Politicus internas ejus ac communes actiones; vulgaris homo aut pictor corporis lineamenta commodè desumere posset. §. Sciendum quod varia dentur Tyrannides; adeoq; de Tyrannis non idem ferendum est judicium. Antiquitus erat 1. Regnum Barbarico-Tyrannicum inter Asiaticos, Persas, Assyrios l. 3. Pol. c. 14. 17. l. 7. c. 7. l. 8. Eth. c. 12. Talem dominatum sustinent nostris temporibus Russe, Muscovite, Turca, nec injustum est quod ita regantur, siquidem natura tale ingenium ijs dedit, ut h. m. servire malint quam imperare. Neque propterea incusanda est provida natura, que Civitati de sufficientia non tantum bonorum externorum & operum, sed & servorum quorum opera talia acquirenda sunt prospicit. Nec tanta est aut fuit Savitia præfectorum talis imperij ut planè intolerabilis. vid. Busbeq. in Epist. Itinerar. Pers. Olearii. Chronol. Constantin.

26.

Tyrannicidium & Hosticidium in uno subjeçto simul fieri potest.

27.

Arist. non docet Tyrannicidij simpliciter esse licitum; dum accuratè Tyrann. describit.

28.

Dantur ratione originis, juxta antiquas historias & experientiam, varix Tyrannides.

Logothotæ: 2. Regnum Græco-Tyrannicum tale olim obtinuerunt in prisca Græcos s. Sellos qui post Hellenes appellati l. 1. de Meteor. c. 14. *Æsymneta*, qui populi vitiosi suffragio electi, contra leges justas impetrabant: imperantes illi ex Regibus orti, simulabant ad certum tempus Regiam majestatem, inde eorum tyrannides appell. Regna. §. 3. Tyrannis absolute dicta, Et hæc varias species habet, aliquando ex bonis Rebuspubl. initium capit, estq; vel Monarchia injusta & vitiosa Aristocrata, aut Democratia prava, & à reddendis rationibus libera: Est enim omnis Resp. bona, excepta omnium optima, quæ ex voto prudentum, corruptelis obnoxia, (Corruptelarum cause non sunt petende à cælo, astrorum influentijs & ecclipsibus, ut Rhala in Diss. in Tac. lib. 1. p. 31. seqq. facit, inde ad maleficos Mathematicos spectat si ex nupera d. 2. Augusti hujus anni ecclipsi, interitum Imperij R. aliquis prædicat, Multa mentiuntur Calendariographi tales) quia in qualibet facile reperitur unus atque alter vitiosus, qui imperandi cupiditatem, quâ flagrant, data occasione exerunt, & degenerant in Tyrannos. Sed ejusmodi Tyranni sunt adhuc corrigibiles, & interdum, si tempestivi ac cordati monitores accedant, memores virtutum suorum antecessorum, serò sapiunt, ut Plutarch. l. de his qui serò à Deo punit p. 55. exempla recenset talium Tyrannorum. Sic Cecrops Biformis dicitur, eo quod perversus initio & terribilis Tyrannus, postea benignè ac humaniter imperaverit, Idem de Gelone, Herone Siculis, de Pisistrato refert, quod tyrannidè per malitiam parca, usi fuerint secundùm virtutis rationem. §. Aliquando verò Tyrannides oriuntur ex malis Politijs, ubi abripiuntur vitiosi dominatores in labyrinthum tyrannidis. Tales quia per affvectionem sibi reddiderunt vitia familiaria, mores non mutant, nisi vitam cum morte. Ut qui ex injusta Ephoria, Demagogia, Oligarchia, Ochlocratia, Cosmocrata, Elotia alijsq; malè mixtis Rebuspubl. huc deferuntur. §. Unde 3. genera Tyrannorum constituenda I. Quidam sunt Tyranni Regii, Aristocratici, Democratici, qui imperium dolo malo aut injustis armis occupatum, legitime administrant, vocantur facti sola occupatione, absque jure & titulo. Eorum occupatio nullo jure verè humano aut civili titulo digna; & administratio ideo ut plurimum legitima vocatur, quia aliquo modo umbram & speciem refert pristina Reip. & consentanea

est

29.
 Tyrannis absolute dicta l. orig. ducit ex bonis rebuspubl. & sic tyranni sunt corrigibiles.

30.
 2. Oritur tyrannis ex malis Politijs ita perfeverant tyranni in malitia.

31.
 Tyrannorum tria genera I. sola occupatione sive Tyranni Regii Aristocratici Democratici.

est legibus positivis istius regionis, in qua dominantur Tyranni illi Regij, licet istae leges doctrinis de virtutibus & S. B. humano contrariae sint. Hoc tamen aliquando efficiunt hi tyranni, ut subditi credant se fortunatos, quibus bona contingunt, (tantum apparentia) cum sperabant mala. §. Quidam sunt Reges aut Dominatores Tyrannici, qui legitime, hoc est secundum leges istius gentis, cui praesunt electi, ad morem regum, optimatum, principum & c. constituti, pessime remp. administrant; adeoque sola administratione, in exercitio, opere aut usu peccant; quamvis nec titulus, electio aut jus eorum recte se habeat. Et hi peiores sunt prioribus, cum praeter spem & contra datam fidem, obtemperantes multoque maerent infortunio, ut infortunatos se esse clamitent. l. 2. Mag. Mor. c. 8. §. 3. Quidam Tyranni absolute dicti, in quibus vitia priorum concurrunt, turpiter administrant, spargunt subinde contumelias, odia, blandicias, imposturas: luxuriae indulgent, plebi diffidunt, arma subditis eripiunt, exactionibus varijs eosdem vexant, Prudentibus exilia determinant, literarum & artium culturam publicam aegre ferunt, hinc convivia publica non permittunt civibus honestis, Prosa- & Potagogidas, Otacustas s. Delatores & auscultatores clancularios constituunt, immodice austeri, intenti ad ea quae formidant, sincera voluptatis ignari, sibi ipsis impotentes. Hinc XVIII. recensentur instituta tyrannorum, quibus cives lassos, egenos, inter se dissidentes reddunt, Decem consiliis utuntur, quo scopum hunc facilius impetrent & Tyrannidem conservent, de quibus vide Philof. l. 5. Pol. c. 11. & Dn. M. Mich. Falcken Disp. de Tyrannide h. l. habitam. §. Cum vero tanta sit inter Tyrannos differentia, non temere de eorum exitio pronuncian- dum. Philosophus non refert quod tyrannicida laudem peculiarem reportarint, nec hortatur ad Tyrannicidia. Sed quod sibimet ipsis Tyranni interdum accelerent exitium, idque potissimum VII. modis (1) per Injuriam quando subditi advertunt se contumeliis nimium affectos esse, insurgunt quandoque, ut se libertati reddant. Hoc vero non videtur simpliciter justum; Cum fortitudinis & mansuetudinis sit contumelias aequo animo ferre. (2) Per Metum, quando crudeles sunt, timorem subditis conciliant, ne igitur continuo metu premantur, violentas manus tyrannis inferunt. Sed nec haec causa sufficiens

32.

II. Sola administratio-
ne sive
Reges Ty-
ranni.

33.

III. Ty-
ranni ab-
solute di-
cti, mores
& insti-
tuta.

34.

Septem
causae quae
everunt
Tyranni-
dem, sed
non suf-
ficiunt ut
fiat Ty-
rannici-
dium a
quovis.

35. Tyranni Regii & Reges Tyrannici per informationē corrigendi aut exilio coercendi.

36. Multa expendenda anteq. pereat Tyrannus, aliquo supplicio aut manu Tyrannicidæ.

37. Distinctio inter Tyrannum absque titulo & Exercitio non satis proba.

ficiens aut justa est, ut tyrannicidium suadeat, virtutis est affectum talem reprimere ac moderare. (3) Per Infortunium, se contingat ut infelix sit tyrannus in expeditionibus bellicis, alias verò superbus, audax & luxuriosus. Nascitur inde contemptus & odium subditorum. (4) Per Avaritiam - (5) intempestivam gloria cupiditatem, (6) Per Invidiam quando vicina Resp. imprimis Democratia, tyranno invidet florentem statum, (7) Ob Perfidiam quando consanguinei, aut qui spem successionis in imperio habent, tyrannidem turbant. Sed neq; infortunium, neq; contemptus sufficit, ad parandam alicui necem, nec avaritia aut fastus pœna ordinaria est mors, alias omnes avari & superbi vita privandi. Nec Democratici invidi aut perfidi aut contentiosi Tyrannidis competitores justè agunt, si per alterius ruinam ad honorum fastigium contendant. §. (1) Cavenda hic est fall. accidentis & consequentis, ne ex quibusdam notis & actionibus tyranno assignatis, separatim & inverso ordine sumtis, Tyrannum colligamus, ut Tyranni sunt meticulosi, continua bella colunt, secundum leges rep. administrant, civibus onera imponunt, sub eorum imperio cives sunt fortunati aut infortunati; sed non vicissim, qui sunt meticulosi & c. sunt Tyranni (2) Tyranni qui ullo modo sunt corrigibiles, ut Tyranni Regii ledendi non sunt, sed rectis consiliis, vita eorum emendenda, & si fiant malorum morum exuberantes effectus, mansueto ac forti animo tolerandi. (3) Tyrannici Reges ac Principes, itidem per præcepta ac Monita à vitiis dehortandi, aut consensu prudentum & virtuosorum Populi per Ostracismum imperio exuendi & in exilium aut custodiam mittendi. §. (4) Absolutè dicti tyranni non sunt quo ad vitam ledendi, nisi habito respectu ad quaslibet circumstantias, loci, personæ, temporis, imprimis Honestatis. Et provida cura ac prudentia hic opus, ne quid fiat sine suffragio prudentum, ex vano metu, spe gloria, & futuræ successionis, lucri studio, à temerario & flagitioso. Videndum an possit tyrannus talis ullo alio modo removeri à republica, ne noceat; Atq; ferè in tyranni abolitione observanda sunt, quæ in Moderamine inculpatæ tutelæ. §. Nec sufficit, allata distinctione inter tyrann. absque titulo, & in Exercitio hic respondere, quod prior tolli possit. Ne dicam hanc distinctionem Veteribus ac probis Politicis ignotam, nec vocabulo Tyranni

Tyranni sat convenientem esse. Hoc constat, quid ejusmodi Tyranni absque titulo non sint absolute mali, nisi ob injustam occupationem; adeoque similes sunt Tyrannis Regis. Illi vero qui proprie tyranni dicuntur, non admittunt hanc distinctionem, quia utroque modo, absque justo titulo & injusto exercitio Tyrannidem occupant, & administrant. Vide Boxhorn lib. de Majest. p. 16. & 17. Salmas. in defens. Regia cap. 3. & 4. Milton. in defens. Pop. Angl. c. 5. p. 157.

Thef. II.

Optimam Politiam in Societate Civili hominum dari, possibile est, si tantum singuli secundum prudentiam, ex definitione S. Boni Humani de fine & qualitate suarum actionum sedulo decernerent, & juxta hanc normam viverent.

§. *Quanam sit indoles omnium Politiarum aliquo modo in praeced. thef. declaravimus; ut in optima finem faciamus, cum nec omnem extremum, sed id quod est optimum, mereatur nomen finis* l. 2. Phys. c. 2. l. 6. Top. c. 9. *hanc breviter delineabimus. Philosophus l. 7. Polit. illam repetita doctrina primae partis politica de summo bono ac virtutibus describit. §. Debet ibi esse ordo optimorum ac virtuosorum civium imperantium & obtemperantium, singuli ad imperandum nati & ad virtutum exercitia assuefacti; nullum bonum pro civili ac vere humano putent, nisi exacta prudentia & recta deliberationi respondeat.* l. 7. Pol. c. 1. & 13. §. *Adeoque quae alias reliquae Politiae etiam bonae & in suo genere laudabiles, pro ultimo fine aestimant, & inde civem bonum, fortunatum ac felicem judicant, ea tantum tanquam adjuncta, ornamenta, instrumenta, aut media ad summum Bonum; aut tanquam secundarios fines, necessariam connexa, aut causas efficientes optimi finis, assumat* l. 1. Eth. c. 5. & 8. & l. 7. Pol. c. 8. & 13. *& protinus ad hanc regulam & normam exigat. §. Ita salutem publicam, & singulorum civium felicitatem, quam Rex ac bonus Princeps finis loco statuit, veri finis ac boni nomen obtineri posse, optima Reipubl. civis aestimabit, si consistat in perfectissimo omnium virtutum civium exercitio.* Tum

E

I.
In Fine de
optima
Rep. ag-
endum.
2.
Quales
sint cives
opt. Res-
publ.
3.
Finis opt.
Politiae
continet
reliquos
bonarum
Rerump.
fines.
4.
Quomo-
do salu-
enim

tem pu-
blicam
respiciat.

enim & singuli Cives & tota Civitas, civilem impetravit Beatitudi-
nem, quando honestate Politica & plena virtutum moralium Cultu-
na fruuntur. Præter rem enim à quibusdam beatitudo civilis s.
honestas vocatur finis reipubl. internus, salus autem publica finis ejus-
dem externus. Nam in fine reipubl. sive virtutum actionibus Salus

5.
Qua rati-
one, vir-
tute, li-
bertate,
potentia,
divitiis,
& rerum
sufficien-
tia utatur

publica & bonum Reipubl. unice versatur l. 1. Eth. c. 7. l. 7. Pol. c. 2.
lib. I. M. M. c. 19. §. Multa præterea sunt, que ad finem & bo-
num summum obtinendum tanquam media, aut alio nomine, ut pau-
lo ante diximus, requiruntur, que itidem sunt in alijs rebus. fines,
ut Virtus in Aristocratiâ, libertas in Democratiâ; Amplitudo, Vir-
tus & Potentia in bene mixta Politia, divitiæ opes in Oligarchia, in
singulis pax, amicitia, honesta fœdera & statuta, omnium rerum nec-
cessariarum sufficientia, debita multitudo civium, rerum possessorum,
servorum, agrorum, pecudum, supellectilis, edificiorum & c. l. 7. Pol.
c. 2. & 15. copia adsit. §. Eximia urbis sit pulchritudo que in

6.
Pulchri-
tudo ur-
bis & ædi-
um in
opt. Rep.

magnitudine & multitudine debita versatur l. 7. Pol. c. 4. Ædes
sacra à profanis distinctæ, ab omnibus inquinamentis & turpitudi-
ne remotæ, singulorum civium ædes sint bene munitæ, nec tantum ad
sanitatem, sed & commoditatem negotiorum civilium, mercium, rei
bellicæ usum conditæ l. 7. Pol. c. 10. 11. 12. nec salubres aquæ, &
quicquid rerum naturæ ad humanam sustentationem suppeditavit, eis
deficiant. l. 7. Pol. c. 5. & 6. §. Ut verò talia acquirant, &

7.
Media ac-
quirendi
res possi-
dendas.

acquistis debite utantur, servorum, militum; agrorum, artificum,
mercatorum, nautarum, mercenariorum, imprimis & rectè
deliberantium, imperantium, judicantium fideles & virtuosa opera in-
digent. l. 7. Pol. c. 8. Non verò que sunt necessaria toti, statim
sunt ejus partes: Itaque quidam eorum tantum sint aliquomodo
partes civitatis, l. 1. Pol. c. 4. & 7. reliquorum jussa faciunt, qui-
dam etiam instrumenta necessaria tum effectiva, tum practica, ut
artifices, qui indefinitam quasi servitutem serviunt; ac propterea
servis ferè sic dictis, qui negotia civilia ex præscripto Dominorum
faciunt, & assuescunt ad virtuosa opera, non preferendi l. 3. Pol.
c. 4. §. Quidam verò verè cives, qui verè participes sunt

8.
Quidam
sint verè
Cives

imperij & deliberationum l. 3. Pol. c. 9. & 10. Nec enim quic-
quam illos arcere debet à curia & officijs Magistratus, quam defe-
sus

Etus prudentia & virtutum; quam ob aetatis aut sexus rationem, eò quod vel Mulieres & Foemina sint, incapaces tantarum virtutum, vel Juvenes, nondum plenè informati & assuefacti ad prudentiam l. 1. Pol. c. 3. & virtutum opera. Interea verò Juvenes patriæ prodesse debent, vel si occasio postulet, belligerando, alijsq; militibus præscribendo, ut pro bono civitatis fortiter se gerant; vel studia quibus Civilis aut Theoretica vitæ indiget, quantum in se est, excolendo & promovendo l. 6. Eth. c. 8. l. 7. Pol. c. 9. Mulieres verò & feminae, non voluptatibus inhereant, nec obscenis apparatus, non ornamentis inanibus & blandimentis, primò se, post sobolem, matresfamilias factæ, corrumpant lib. 1. Oecon. c. 4. Utq; hoc feliciter præsent bene nati & liberaliter sint educati, tempore quoque oportuno, conjugia licita contrahant, suos liberos & domesticos alant, & ad honestatis & prudentiæ exercitia instigent l. 7. Pol. c. 13. 14. & 16. Seniores verò clavum reipubl. teneant lib. 7. Pol. c. 14. Plutarch. an Seni Resp. committ. p. 789. omnibus virtutibus ornati; Imprimis quo amicitia honesta inter Cives floreat, prospiciant: Sic enim justitia vindicativa opus non erit l. 7. Pol. c. 15. & uberrimus reliquarum virtutum aderit proventus. Hæc autem omnia subiecta sint fini prudentiæ, quæ subordinatur fini Sapientiæ, quæ est veneratio & cognitio summi Numinis, Dei optimi maximi l. 6. Ethicor. c. ult. l. 7. Pol. c. 8. §. Hæc, si practica fiant, quod cura hominum, Deo dante, facile evenire possit, (Et toto pectore optamus, eveniat huic Regioni, sub Novis Imperij Auspicijs, Serenissimi Ducis Gustavi Adolphi, cui Homagium jamjam præstant subditi. FELICITER) proximè nos ducunt, ad veram $\mu\epsilon\gamma\alpha\sigma\tau\epsilon\lambda\acute{\epsilon}\alpha\omega$ Divinam & Theocratiam vide S. 9. præced. th. cum præcepta istiusmodi, verè politica & moralia, sint fontes omnis juris, omniumq; legum, primæ rationes legum præcipientium & prohibentium, sunt jura naturalia, quæ homini, quæ homo h. e. politicum animal, competunt l. 1. Rhet. c. 6. & 13. quæque omnes gentes obligant, & quot quot naturam humanam incorruptam servant, ad justè agendum incitant l. 1. M. M. c. 34. sunt divina jura; naturalia enim rectè se habentia, à Deo sunt, & immutabilia l. 10. Eth. c. 9. Quod si quis hæc servet, is feliciter tempora emendabit; omnia enim primævis legibus

quidam
 Ministri
 civium.

9.
 In quo
 censu sine
 Mulieres,
 Juvenes
 & Seniores
 in
 opt. Rep.

10.
 Quanta
 utilitas &
 dignitas
 hujus do-
 ctrinæ.

11.
Dn. D.
Döfche^o
hæc suffi-
cienter
tradidit
in Sermo-
ne inau-
gurali de
Emend.
Temp.

bus Paradysiæ & Pacis instrumento verè divino consentanea erunt.
§. De quo argumento Incomparabilis Theologus Vir plurim. Reve-
rendus, Amplissimus & Excellent. Dn. D. Joh. Georg. Dor-
scheus, Novum Lumen nostri Roseti, ac Professor Celeberrim-
us, &c. in Sermone inaugurali h. a. d. 25. Febr. *summa omni-
um admiratione plenius peroravit: Cujus Summi Viri hæc sunt;*
quibus nostram obfirmamus exercitationem 1. *Corrumpendo seculo*
indulgere nequit, qui in amoribus & amplexibus fœderati seminis
hæret. 2. *Cura liberorum est emendandi tempora potissimum reme-
dium.* 3. *Lex Evæ data, habet repagulum infinitæ licentiæ (mu-
liebris) & audacissimorum conatum.* 4. *Agrum quisque suum*
colito, ita floret Charitas, & in Charitate quicquid animas, corpora,
fortunas, famam tuetur. 5. *Non inter voluptates & illecebras tur-
pes, non inter artes & vasa mundi alienis intenti, non oscitan-
ter, non petulanter, panis cultui nostro donatus, comedendus est.*
6. *Pulvis es, & in pulverem reverteris: Terrere hoc debet mortali-
um contumacissimos, ne in corrumpendis temporibus porro progre-
diantur. Nihil certè sanctius, efficacius, simplicius, rectius pro
temporum emendatione (& optima Reipubl. Constitu-
tione) proferri potuit.*

NON EGERE FELICITATE
FELICITAS EST.
DEO PARERE LIBERTAS.



Etus prudentia & virtutum; quam ob aetatis aut sexus
quod vel Mulieres & Foemina sint, incapaces tantarum vir-
Juvenes, nondum plene informati & assuefacti ad prude-
Pol. c. 3. & virtutum opera. Interea vero Juvenes patri-
debent, vel si occasio postulet, belligerando, alijsq; militib;
bendo, ut pro bono civitatis fortiter se gerant; vel studia
vilis aut Theoretica vita indiget, quantum in se est, ex
promovendo l. 6. Eth. c. 8. l. 7. Pol. c. 9. Mulieres ver-
nae, non voluptatibus inhereant, nec obscenis apparatusibus,
mentis inanibus & blandimentis, primo se, post sobolem,
milia facta, corrumpant lib. 1. Oecon. c. 4. Utq; h
praesent bene nati & liberaliter sint educati, tempore quoq;
no, conjugia licita contrahant, suos liberos & domesticos
ad honestatis & prudentiae exercitia instigent l. 7. Pol. c.
16. Seniores vero clavum reipubl. teneant lib. 7. Pol.
tarch. an Seni Resp. committ. p. 789. omnibus virtutib;
Imprimis quo amicitia honesta inter Cives floreat, prospici-
enim justitia vindicativa opus non erit l. 7. Pol. c. 15. &
reliquarum virtutum aderit proventus. Haec autem om-
ta sint fini prudentia, qua subordinatur fini Sapientiae
veneratio & cognitio summi Numinis, Dei optimi maxim-
cor. c. ult. l. 7. Pol. c. 8. §. Haec, si practica fiant
hominum, Deo dante, facile evenire possent, (Et toto pe-
mus, eveniat huic Regioni, sub Novis Imperij Auspicijs, S-
Ducis Gustavi Adolphi, cui Homagium jamjam praesta-
FELICITER) proximè nos ducunt, ad veram
Divinam & Theocratiam vide §. 9. praeced. th. cum praec-
modi, verè politica & moralia, sint fontes omnis juris, om-
gum, prima rationes legum praecipientium & prohibentium
naturalia, qua homini, qua homo h. e. politicum animal,
l. 1. Rhet. c. 6. & 13. quaeque omnes gentes obligant, &
naturam humanam incorruptam servant, ad justè agend-
l. 1. M. M. c. 34. sunt divina jura; naturalia enim recti-
tia, à Deo sunt, & immutabilia. 10. Eth. c. 9. Quod
server, is feliciter tempore emendabit; omnia enim pr-



larn
istri
um.

9.
uo
su sine
lieres,
enes
Senio-
in
.Rep.

O.
anta
itas &
nitas
us do-
inae.